

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **De Fidei Formvlarvm Praecipve Avgvstanae Confessionis Ivstitia Et Vsv**

**Bernhold, Johann Balthasar  
Schifflin, Johann Sigismund**

**Altorfii, [1730]**

§XIX.

[urn:nbn:de:bsz:31-67824](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-67824)

ut in mendacissimorum calumniatorum pudorem, et offensarum mentium correctionem publico scripto depellerent, non tam sui, quam DEI potius diuinaeque veritatis honor efflagitavit. Idem exegit, ut *publico semet purgarent scripto a novissime excitatis erroribus*, quos ceteri, qui Romana Ecclesia excessere, publicis clamoribus propugnarent. Ne itaque in unum cum iis coetam coaliscere illis viderentur, notarunt haut obscure suum ab illis dissenfum.

## § XIX.

A. C. veter.  
Ecclesiae  
Symbolorum  
imitatrix.

*AVG. CONF.* expressisse morem veterum verae Ecclesiae Symbolorum, vel conspectus externi *ἡμῶν*, ordinis et elocutionis monstrat. Sed quod praecipuum, easdem veritates aduersus eosdem haereticos, similisque futuris homines iisdem loquendi modis asserit passim et defendit. Unde terminos ecclesiasticos, patrum testimonia, haereticae prauitatis proscriptionem, & cetera oecumenicis symbolis usu frequentata deprehendere in ea licet.

## §. XX.

Eiusdem  
Vfus.

Dicendorum agmen claudat *A. C. VSVS. Eccl. nostrae homines ex ea*, ueluti *secundaria fidei regula*, ad amissum uerbi DEI formata concipere fidem, i. e. veram et salutarem doctrinam addiscere, secundum eam cognitionem componere atque dirigere possunt, et publici doctores omnino debent. *Iuxta doctrinam sive instructiuam et normatiuum usum*, alius, qui dicitur *discretiuus*, nostri coetus hominibus suppetit, ut inde uidelicet discant, quantum distent aera lapinis, uerum falso, quodnam et quantum aduersariorum damnatam doctrinam inter et nostram salutarem intercedat discrimen. Tertium nostris *Conf.* praebet usum, qui est *unitiuus*, ut docentes pariter et discentes unum sentiant et loquantur, uno *παιδείας τρόπῳ* constringantur, et sensus professionisque unanimi et *ὁμοψύχῳ* concordia unum in CHRISTO caetum ad finem usque mundi constituent. *Iis, qui extra nostram Ecclesiam degunt*, hunc primo praestat usum, ut facili et subita opera in summariam, accuratam tamen notitiam nostrae Ecclesiae verae sententiae theticae et apologeticae propoliteae ueniant; et modo uelint, hoc modo praepiudiciis et sinistris in eam iudiciis liberari feliciter queant. Dein et ii comperiant, quos errores nostri damnauerint, eosque nude et ex uero repraesentatos, argumentorumque telis confoscos. *Didascalico iuxta et apologetico itemque elenchibico comitem damus usum exclusivum et excommunicatorium*, quo quisque diuersum a nobis sentiens et praefraete propugnans alienus a nostri coetus unione declaratur, pellitur et arcetur. *AVGUSTANA denique CONFESSIO* hoc quoque inprimis nomine uti *nosmet decet*, ut DEO de asserta et vindicata per eam puriori ueritate dicamus et canamus laudes, et nostrae *πίστεως ἀγίας* ambulemus; Sed quia multis in proximi Iubilaei solennitatibus ea de re dictum fuit, terminum hic, *SIT DEO LAUS ET GLORIA*, figimus atque

F I N E M.

## ADDENDA ET CORRIGENDA.

P. 4. l. 12. deleatur post voc. formularum (,) P. 9. l. 12. post voc. professio addatur; et *expositio*. Ead. pag. l. 24. et 25. leg. ecclesia. Pag. 23. l. 16. leg. eadem. Pag. 27. l. 1. post voc. carbonariam add. form. fidei tanquam.